

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Crudelitas b  
cum fonte primo

Persequi facit homines aut  
diuiciarum ambitus aut superbie odiosa  
iactancia. Pauperem et mendicum  
insequi sola seucia est cuius nec honor  
queritur nec habundancia facultatis  
ambitur.

Cassiodorus super illud Psalmorum: Et  
persecutus est hominem inopem et  
cetera.

Persequi plerumque facit homines, aut  
diuitiarum ambitus, aut superbiae odiosa  
iactantia. Pauperem uero et mendicum  
insequi sola saeuitia est, cuius nec honor  
quaeritur, nec abundantia facultatis  
ambitur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio*  
*Psalmorum*, 108, 17 (CCSL 98,  
M.Adriaen ed., p.998, ll.247-251).